



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Variorum In Europa Itinerum Deliciæ

Chyträus, Nathan

[Herborn], 1599

VD16 C 2803

Magdeburgae. Jul. Cæs. Scaliger.


[urn:nbn:de:hbz:466:1-70708](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70708)

Nulli sine Marte triumphi.

VITA CRESCENDO DECRESCIT.

MORS LILIA SENTIBUS ÆQUAT.

*Nil fragile à fracto differt; quod tu esse solebas,
Ipse fui, fies tu quoq; sum quod ego.*



HERVORDIAE.

TUMULUS

Jo. GLANDORPI MONASTERIENSIS
scholæ ibid. Rectoris.

Lucebis undena Febrai Glandorpius atris

Absumptus curis in sua fata ruit.

Ossa boni cineresq; viri tegit humida tellus,

Aspectu fruitur mens animosa Dei.

E regione hujus tumuli in columna lapidea.

Glandorpi, cuius studiumq; fidemq; juventus

Sensit, amans tellus hoc capit ossa solia.

De eodem Henr. Sibæus Olphenius.

Lector amans Christi, jacet hic Glandorpius ille,

II Musarum cultor, Pieridumq; decus.

Quem nunquam vivum Germania tota prehendit,

Defunctum tumulus continet exiguis.

MAGDEBURGAE.

JUL. CÆS. SCALIGER.

Vos ego magnanimitis invictos Saxonas armis,

Atq; graves Martis turbine canto duces.

Non Macedo tu miles eras. Sic Gracia mendax

Facta tua in laudes transtulit alta suas.

Non veteres hoc te quondam miseris Britanniis

Quin jam servirvit terra Britannia tibi.

*Ipsa tua es: primumq; tuis cum montibus orta:
Cum cali ipsius finibus orta tui.
Dives agri, dives quaestia vestis, & auri:
Gens, dubium est, armis justitiae prior.
Est hominis, patriis alios bene vincere telis:
Justitia teipsum vincere velle, Dei est.*

Otto primus Imp. obiit anno Christi 974 in monasterio Memeliebio; inde Magdeburgum avectus, ibique prope conjugem Editam sepultus est, cum hac inscriptione:

*Tres luctus causa sunt hoc sub marmore clausa,
Rex, decus Ecclesiae, summus honor patriæ.*

IN MEDIO FORO URBIS
veteris.

Rolandum vix vetustate agnatum, Consules D. Joan. Scheyring, artium & utriusq; Juris Doctor: & D. Heyne Aleman, S.P. Q.M. expensis renovari ac restaurari curarunt. Anno Domini M. D. XXXIX.

SERVESTAE.

INSCRIPTIO GYMNASIL

HÆc rasa nuper fratrum fundata caterva,
Atq; cuculliger o recta dicata gregi,
Aonidum addixit templis, Christoq; sacravit,
Ascania princeps fama decusq; domus.
Sic de tergemino meritus præclarius orbe,
Sic rebus patriæ commoda plura ferens,
Quam cùm pervigili Alcides custode peremto,
Abstulit ad Grajos aurea poma lares.
Deniq; sic magni mensuram nominis implens
Ascanæ quod primo de genitore refert.
Salve Musarum spes, & pietatis asylum,
Quo florent urbes præside, rura, foci.